Moyſes pmiſit vxori a vi-
ro dari libellum repudij. ne
vxoricidium exercerēt. Deu
teronomij. viceſimoquarto.

Permittūt boni homies
aliquando fieri aliqua. non
tamen libenter vt ſocios aut
ſubditos contentēt aut con
ſolentur. ſic dauid non iuit
ad belluz poſtꝙ͂ vidit ꝙ erat
populo gratum ⁊ ait. quod
videtͬ vobis faciam. ſecūdi.
Regum. xviij. Helizeus vt
ꝯtentaret filios prophetarū
qui certificari volebant de he
lya pmiſit ire ad querēdum
eum. quia ipſe ſciebat eum
aſſumptum. quarti Regum
ſecundo capitulo. Symeon
cognouit ꝙ triphon peteret
cum dolo duos filios iona-
the ⁊ centum talenta argēti.
⁊ tamē pmiſit dari vt popu
lum ꝯtentaret ⁊ ne populus
crederet ꝙ fratrem ſuum ne
gligeret liberare. j. Macha.
decimotercio capi.

De peruerſitate quorun-
dam

Peruerſitas hoīm ꝯſiſtit

In extollētia
ſublimitatis
ſupbiendo
In affluentia
cupiditatis
poſſidendo
In exigentia
guloſitatis
comedendo
In ꝯcupiſcē
tia carnalita-
tiſ laſciuiēdo
In impatien
tia ferocitatiſ
iraſcendo
In inuidētia
felicitatis de-
trahendo
In negligen-
tia ſedulitatiſ
exercendo

Eruerſos facit ho-
mines ſupbia ⁊ am
bitio dn̄andi. nam
vocati dathā ⁊ abiron a mo
yſe. q꞉ iniuſte dn̄ari volebāt
⁊ nō poterāt puerſe rn̄derūt
dicētes. nūquid pax non eſt
nobis vł tibi. q꞉ eduxiſti noſ
de terra fluēte lacte ⁊ melle.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Numeri.xvj. Superbi ⁊ va
ne glorioſi ſic ꝑuerſi ſunt. q
cauẽt a minimis vicijs ⁊ ma
xima ſcelera perpetrant. Sic
chriſtus dicit. excolantes cu
licem ⁊ camelum deglutien-
tes Math.xxiij. Tales ſunt
ſimiles balaã qui voluit ma
ledicere dei populo ⁊ dedit cõ
ſilium quo a mulieribus po-
pulus dei eſt ſeductus. Nu
meri.xxiij.⁊.xxiiij. Ita ꝑuer
ſi ſunt ſuꝑbi. vt ſi aliquẽ of-
fendant ſemel non contentã-
tur niſi peius faciant. Simi
les regi filiorum ammõ. qui
videns q iniuriam feciſſꝫ da
uid adhuc eum voluit impu
gnare cum eum potius pla-
care debuiſſet .ij. Regum.x.
Sic etiam ꝑuerſi ſunt ſuper
bi qui non timent mala com
mittere ne videantur aliquid
non facere. ⁊ ſi arguuntur in
terficiunt arguentes. Hij ſi-
miles ſunt ihꝫroboã qui ſub
limatus in regem. populum
a cultu dei deuiare fecit ⁊ ca-
pi fecit ꝓphetam qui eum ſu
per hoc ſcelere arguebat .iij.

Regum.xiij. Idolatriam. ſa
crilegia. homicidia. ⁊ diuerſa
ſcelera manaſſes ſuꝑbiſſim⁹
ꝑpetrauit. iiij. Regnm.xxj.⁊
ij. Paralipomenon .xxxiij.
Solus mardocheus nõ ado
rabat aman. ⁊ tamen ipẽ om
nes iudeos conatus eſt occi
dere Heſter.iij. De hac ma-
teria quere plura exempla in
capitulo de ſuꝑbia ꝑ totum

Peruerſos facit homĩes
peccatum auaricie. nam aua
ri ditant filios ſuos malos.
de ſpolijs bonorum oppoſiti
deo. qui ditauit hebreos de e
gyptiorum ſpolijs Exod.xij
Magna ꝑuerſitas fuit iude
ꝓditoris qui ꝓpter auariciã
⁊ cupiditatem tradidit xp̃m
a quo immenſa beneficia re-
cepat Mathei.xxvj. Quõ a
uari ſunt ſuꝑbi. ꝑuerſi ⁊ diſ-
coli quere exempla plura de
auaricia Quõ autem peruer
tunt iudiciũ quere ibidẽ eo-
dem ca. Quõ ꝓditiones ex-
erceant quere ibidẽ. Per
uerſos facit homines viciuꝫ
gule. Nam prima mulier or

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dinem nature peruertit que pomum vetitum comedere viro dedit cum vir debuiſſet ei imponere quid deberet co/medere vel vitare. Gen̄. iij. Filij iſrael in deſerto gule ꝑuerſitate commoti memorabant ollas carniū de egypto ſed de ſeruitute grauiſſima ꝺ qua virtute domini fuerunt liberati. nō faciebant aliquā mentionē. Exo. xvj. Eandē ꝑuerſitatem idem populus memorabat quādo dicebat recordabamur piſcium quos comedabamus. ſed ꝺ māna eſca angelica non curabant. Numeri. xj. Quomō vicium gule ꝑuertat homines ⁊ de/ordinet. quere ſupra de gula

Peruerſos facit homies vicium luxurie. Nam amon ꝑuerſitate victus luxurie thamar ſororem ſuam expelli fecit. quam primo oppreſſerat violenter. ſecundi. Regum. decimotercio capitu. Sicut ꝑuerſum eſt ingredi ad ſororem vt prefatum oſtendit exemplum. ſic ꝑuerſum eſt le/ctum patris polluere. Ideo iacob attendēs ꝑuerſitatem filij ſui rubē qui ingreſſus fuit ad balam concubinam patris ſui vt patet. Gene. triceſimoquinto capitu. Ad mortem iacob veniens ruben dixit ei iacob. nō creſcas quia aſcendiſti cubile patris tui. Gene. quadrageſimonono. Abſalon valꝺ ꝑuerſus fuit quando ad concubinas patris patenter intrauit ⁊ fuit maior ꝑuerſitas q̄ȝ ſi ad eas clam intraſſet. ſecūdi. Regū decimoquinto. Duo ꝑuerſi ſenes vn̄ debebant honorare ſuſannam qꝛ noluit frangere fidem viro ſuo eis non ꝯſentiendo eam damnauerūt ad mortem Dan̄. decimotercio De multis ꝑuerſitatibus ⁊ mal' que fecit luxuria require de luxuria ꝑ totū. Peruerſos facit homines viciū ire. ſic enī ꝑuerſi ſunt iracūdi vt nō ꝑcant benefactoribꝯ ⁊ innocentibus vel ꝓpinquis ſimiles ſauli qui cum dauid ei ſeruiēs vt eum letificaret

pſalleret coram eo agitatus ira ipſum in pariete cōfigere ꝑcurauit. j. Regum. xviij. ⁊ xix. Anthiochus ꝑ ſuam culpam fugatus iratus culpam in iudeos voluit retorquere. ij. Machabeorum. ix. Herodes ꝑuerſus iratus de natiuitate chriſti innocentes puulos perimit vel interemit Mathei. ij. De ꝑuerſitate iracundorum quere plura exempla de ira in omnibus diuiſionibus eius ꝑ totū Peruerſos facit hoīes vicium inuidie. Sic enim ꝑuerſus eſt inuidus vt de eo qđ ſibi nō nocet alijs ꝓdeſſe nō velit. ſimiles edom ⁊ ſeon regibꝫ amorreoꝝ qui noluerūt vt filij iſrahel ꝑ terram eoꝝ ſine leſione tranſirent. ſic poſtea iuſte eis accidit qui noluerūt concedere modicum ſine damno multa cum ſuo diſpendio ꝑdiderunt Numeri. xx. ⁊ xxj. Inuidi ſubuerſores ſunt. ſic fuit balaam qui noluit benedicere ſed voluit maledicere populum quem credebat benedictū a deo. ſed ipſi plura mala dicunt de boīs ⁊ iuſtis q̄ꝫ de peccatoribꝫ ⁊ malis. numeri. xxij. Saul ꝑuerſus voluit ꝑcutere ionathā qꝛ excuſauit dauid cui ipſe nequiter inuidebat. j. Regum. xx. ca. Principes ꝑſaꝝ accuſabant danielem ſolum ꝓpter inuidiam q tribꝫ temporibꝫ deum adoraret Danie. vj. Inuidi ſic ꝑuerſe agunt vt ꝯpatriotas quos ratiōabiliter plus diligere deberēt eos plus odiant ⁊ diffamant. ſimiles alchimo qui cum eſſet de gente iudeoꝝ ⁊ iudeos defendere deberet eos peruerſe ⁊ neqter accuſauit. primi Machabeorum. vij. Inuidi enim ſic ꝑuerſi ſunt. vt nihil poſſit fieri quod ipſi non ꝑuertunt ⁊ cōuertāt in malum. Nam ſicut dicit beatus bernardus. Inuidus omnia opera peruertendo diffamat. Nam ſi ieiunas. dicit te eſſe hypocritam Si comedis. dicit te eſſe voracem. Si ambulas. inquietum. Si quieſcis pigrum.

ſi erogas propria vane glorie cupidum.ſi tenes auarū. ſi taces neſcium.ſi loqueris garrulosum ꝛ preſumptuoſum. ſi gaudes diſſolutum. ſi matureſcis melancolicum ſi ſapiens ſupbū. hec Bern̄. Siles ſunt iſti iudeis quos nec auſteritas victus iohannis.nec decens manducatio ſaluatoris potuit cōtentari. Math.xi.xj.Similiter ihesu eiciēte demonia pharisei inuidi miracula puertētes dixerunt. in beelzebub principe demonorum eijcit demonia Math. duodecimo capitu. De hac materia quere pluta exempla ſupra de inuidia de detractōe ꝛ d̄ ira. Peruerſos homines facit viciū accidie.nam accidioſi inconſtantes ꝛ peruerſi ſunt.naʒ ſi eis aliquid iniungitur nolūt operari.ſi autē non iniungit̄ ꝯquerunt̄. ſimiles filijs iſrl̄ qui auditis exploratoribus nunc volebant in egyptū redire.nunc volebant ꝯtra dn̄i voluntatem feſtinare. Nū eri decimotercio. Filij effraym rogati noluerunt ire cū iepte ad prelium.ſed ipſo redeūte cum victoria iurgati ſunt ꝯ eum quaſi non eſſent vocati. Judicum duodecimo capitulo.

De perſeuerantia in propoſito.

Perſeuerare debet homo
- In bonitate operando feruenter.
- In caſtitate obſeruādo decenter
- In virilitate preliando valenter
- In penalitate tolerando patienter
- In grauitate collaudando frequenter
- A vāitate declinando prudenter